

Lucæ 8. n. 54. ipse autem tenens manum eius clamavit, dicens: Puella, surge. Ibid. num. 55. Et reversus est spiritus eius, & surrexit continuo, & iussit illi dare manducare, & stupuerunt parentes eius, quibus præcepit, ne alicui dixerint, quod factum erat.

EXPOSITIO.

98. IECTA turba è cubiculo, in quo puellæ cadaver jacebat, cum illius patre, ac matre, & tribus Apostolis introiit Dominus, de quo satis est dictum quest. 13. & ut in præfenti dicam, ejecta turba, voluit Dominus, propolatis illis hominibus iniquis, & infidelibus, prius illud hospitium mundare, antequam illud ingrederetur, & tenuit manum eius, ex Græco legitur prehendit, seu occupavit vi, quod proprie verbum significat, quando prætor tenet aliquem manu ad eum capiendum, & denotat studiosam Christi voluntatem, ac efficaciam illius imperium, quo jactans illud cadaver è terra elevavit, & animam ex inferno revocatam in illud introduxit, ut resurgeret, ac vita viveret, & juxta Lucam clamavit, ut Christi imperium, ac virtus maximè ab astantibus agnosceretur, & videretur. Marcus ait fuisse dictum à Domino, Talitha cumi. Verba sunt Syriaca, & idem valent, ac Puella surge, nã primum significat Puellam, secundò surge, & Marcus poluit verba Domini eodem idiomate, quo usus est, ut aperte appareat, quãtũ virtus Christi distet ab incantatoribus & magicis. Nam virtus Christi communi, & vulgari sermone miracula & admirabilia opera perpetrabat, illi verò verbis obsecris, ac inauditis, nempe dæmonum invocationibus utuntur, ut quid aliquandò mirandum operentur.

99. Et surrexit puella, quod non solum significat ad vitam esse revocatam, sed etiam viribus omnibus corporis esse donatam, ita ut statim erecta sit, quod clariùs exprimit Marcus, addendo, & ambulavit, quod moraliter interpretatur Beda, Bene surrexit, ait, & ambulabat. Quicunque enim peccatis mortuorum superna manus miserationis resuscitavit a tetigit, non solũ à sordibus exurgere, sed in bonis continuo proficere debet operibus. Anima à Christo evocata delerat non solum mortem, seu peccatum, sed etiam mortuorum locum, seu peccatorum occasionem, & statim deambulet, & crescat in omni virtute, & addidit D. Marcus, iussit illi dare manducare, ut miraculi evidentia clarior videretur, & hac de causa, ut bene advertit Euthymius, Christus non dedit illi manducare, sed parentibus iussit, ut darent, ut ipsi fierent testes, & stupuerunt parentes eius, quibus præcepit, ne alicui dicerent quod factum fuerat, quod mandatum est à Domino ob suam humilitatem, ac modestiam, & ut se alienum ab omni inani gloria ostenderet.

100. Exit fama hæc. Divulgatio rãti miraculi maximè per totam illam regionem Galilææ dima-

navit, & ita cunctis admirantibus maximè celebrata est puellæ suscitatio, unde omnes Christi virtutem, ac potestatem maximè extollebant, & quanquam Dominus parentibus puellæ præcepit, ne quidquam diceretur, tamen cum turba, quæ ejecta erat à Christo, foris esset cum maxima aviditate, expectans rei eventum discedente Redemptore nostro è domo illa, statim turba est ingressa, & cum vivam invenisset adolescentulum, quam mortuam viderat, inde fama miraculi, ac etiam per eos qui aderant, exiit in totã illam regionem, nam parentes rã ob gratitudinem, quam ob gaudium, tantum beneficium, & miraculum non tacerunt, ut cap. seq. dicemus de duobus cæcis.

QUESTIO XV.

Quare Christus suscitaturus puellam, manum eius teneat.

101. Abulens. D quaestione rectè respondet primò Abulensis quaestione 106. Extendit manum, ut fiat manifestum, quod Christus sua virtute ipsã suscitabat, sicut supra diximus, quod extendendo Dominus manũ, & leprosum tangendo, ipsum mundavit. Secundò Toletus in comm. in cap. 8. Lucæ, quod Christus apprehendit manum defunctæ, ut retineret maphoram, quam verbo dixerat, quod scilicet, puella dormiebat. Sic quando aliquem è profundo somno dormientem excitamus, frequenter porrectã manu hoc facimus. Tertio, quia non solum Dominus eam volebat suscitare, sed etiam ut statim surgeret & ambularet, ut enim homo se erigat, necesse est, ut Deus illi manum porrigat.

102. Deus conce- dit postulata nostra eo modo, quo petimus. Dixerat enim in principio hujus historię, veni ad, quo peti impone manum tuam super eam. Vide supra cap. 10. n. 5. & 6. imò plus dat quàm ab eo petimus: Postulaverat Pater, ut imponeret manum super eam, at ipse non solum imponit manum suam, sed defunctæ manum vi apprehendit, ac tenet. Vide cap. 9. num. 7. & 119. cap. 10. n. 5. & 53. cap. 26. num. 58.

103. Hieron. Quintò, D. Hieron. In puella illa Synagoga significabatur, ut jam dixi. Illius manum prebendit Dominus, ait sanctus Doctor, quia nisi prius mundata fuerint manus, qua sanguine plena sunt, synagoga eorum mortua non resurget.

Euthym. Sextò, Euthymius, in quintum cap. Marci. Apprehendit manum eius, & vocavit, ut vox animæ, quæ descendebat, revocaret, manus autem corpus disponeret.

Hilat. Septimò, Divus Hilarius. Nisi prius mundata fuerint manus, mortua non surget: tanquam Dominus puellam revocaret ad vitam, illius manum tenet, ut probaret, an mundas manus, quibus opera designabantur, haberet, non enim revocantur ad vitam nisi illius opera bona, & pia reperiantur.

104. Cyrill. Octavò, D. Cyrillus lib. 1. de recta fide ad Reginas. Quare, ait, non prius, sicut apud Lazaram

rum contentus fuit sermone ad resuscitandam puellam, sed tenuit manum illius? nimirum, ut ostenderet vivificum ejus corpus, corpus enim est vita. Non utitur solum voce, ut apud Lazarum, sed apprehensa manu tenet, & resuscitat puellam, ut virtus sui vivifici corporis manifesta fiat, & ponderandum id quod ait S. Pater; Non sicut apud Lazarum contentus fuit sermone. Inter mortuos, quos Christus Dominus excitavit, hæc puella fuit prima, disponit ergo ut hæc prima suscitatio fieret tactu sui corporis, ut evidens esset, quantum proportionem, & efficaciam habeat suum corpus ad communicandam vitam. Vide supra e. 6. n. 8. & 39. & cap. 16. n. 119.

Tactus corpori Christi valde efficax ad auctandam vitam.

Divulgatur miraculum per totam regionem.

QUESTIO XVI.

Quare Christus Dominus iusserit puellam suscitata dare manducare?

105. Juxta textum Marci, & Lucæ. Cum puella esset suscitata, & jam per domum deambulasset: mandat Dominus dare illi manducare, cujus rei literalis ratio est manifesta, ut veritas suscitata puellæ fieret evidentior, & ne aliquis excogitaret, quid phantasticum esse. Unde ait D. Bonavent. in S. Luc. Iussit dare manducare, ut non phantastica, sed vera suscitatio probaretur, sicut ipse probavit suam resurrectionem, dicens? Habetis hic aliquid, quod manducetur, Luc. 24. n. 4. eandem probationem, qua Dominus usus est in sua resurrectione, etiam in aliorum excitatione adhibuit.

106. Moraliter tamen ad sacram Eucharistiam locum applicabo, postquam enim puella excitata est, & surrexit, ei jubet dare manducare. Divus Chryostomus homil. 7. in Marcum. Facentes, ait, manducare non possumus: nisi steremus, corpus Christi accipere non valemus. Cibis hic corpus Christi significabat; ad hanc autem mensam non accedit, qui jacet in loco mortuorum, seu peccati; sed qui jam erectus, ac sublimis à peccato est, imò & qui jam deambulabat, ac proficit in via virtutis, ut jam ex Beda dixi in expositione.

107. Hilarius. Adhæret etiam id, quod superiori quaestione dixi ex Divo Hilario, quod Dominus apprehendit manum, ut probaret. An prius mundata fuerint manus, antequam Dominus mandasset illi manducare, puellam tenet manũ; antequam quis ad hanc sacram mensam conveniat, prius ejus manus, seu opera sunt examinanda; an recta, & munda sint: seu mandat illi dare manducare, ut adeptam vitam valeat retinere, & conservare. Maximè enim spiritualis vita per sacram Eucharistiam crescit, augetur, & roboratur.

108. Chryost. Ulrimò tandem nota id, quod acutè dixit Chryostomus homil. 32. in Matth. Puellam, cum à morte excit esset, per cibum, quem ei afferri iussit, à quo esset excitata, instruxit. Ac si diceret, mandat dare illi manducare, ut illo cibo vis intellectiva perspicacior redderetur, ut ita adolescentula suum beneficentem, à quo manus vitæ acceperat, recognosceret, maximè enim iste cælestis cibus intellectum acuit, & perficit ad alta, & sublimia cognoscenda. Ait Sylveira in Evang. Tom. 11.

Eucharistia dat intellectum, & cognitionem.

Regius Vates; Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestra non confundentur, Psalm. 33. num. 6. Viderat Propheta cæcutientes Judæos, Provocat nos ergo, ut ad Christum accedamus, & ita ab ipso illuminemur, sed quomodo illuminabimur? ait Glossa, ipsum percipiendõ. Unde Incognit. eleganter ait meus Incognitus; Ne sitis sicut Judæi cæci, qui de crucifixo tenebrati sunt; nos autem manducando Crucifixum, & bibendo ejus sanguinem illuminabimur.



CAPUT XXX. & ult.

Sanantur duo cæci, & unus demoniacus.

Matth. 9. n. 27. Et transeunte inde Jesu secuti sunt eum duo cæci, clamantes, & dicentes: Miserere nostri fili David.

VERSIONES.

Syriacus. Quicumque prætergrederetur illinc Jeschua, sese adjunxerunt ei duo cæci. Vatablus. Cum discederet illinc Jesus. Euthymius. Cumque inde procederet Jesus.

EXPOSITIO.

1. ANc historiam consequentem præcedens miraculum aperte verba Marthæ indicant, transeunte inde Jesu, nempe è domo illa, in qua puellam suscitavit; nam ibi non comedit, neque bibit. Cum ergo transiret in habitaculum, in quo, ut notat D. Paschasius, se recepturus erat, Albertus Magnus, Transeunte, ut omnibus lucis suæ beneficium inveheter, sicut Sol, quia transitu suo communis efficitur. Secuti sunt enim duo cæci qui sunt distincti ab illis, de quibus Matth. 20. num. 30. Marc. 10. n. 46. & Luc. 18. n. 35. Fit mentio, quamvis historia sit similis, & qui Deum non sequitur rogando, ac petendo, ut ait D. Thomas non impetrat.

2. Duo cæci, qui ex accepta miraculorum fama, magnam spem conceperunt recuperandi visum, præcipue cum ab omnibus accepissent Christi beneficentiam, nulli sese denegare, quantumvis humili, & abjecto. Cæci oculo corporis, sed multum videntes oculo fidei, & spei, & in via Christo Domino occurrerunt, & perunt, quia runc audierunt Christi magnam miraculum de puella suscitata, & ideò statim, ac sine dilatione Domini misericordiam, ac beneficentiam impiorant; G G g 3 vel

Psalm. 33.

Incognit.

1.

Paschas. Alb. Magn.

D. Thom. 2.

Bona occasio non præmittenda.

vel quia forte timebant, ne Dominus e Capharnaum discederet in patriam suam.

3. Clamantes. Carentes corporali aspectu, cum Christum non viderent, ingentem clamorem, quem sanitatis amor, ac fiducia ardor excitabat, procul eum appellant, ac invocant. Misere nro. Oratio enim, qua pro communi fit, multum valet ad impetrandum. Misere nro, hoc est, succurre nostrae miseria; & eam non expriment, quia per se nota, ac manifesta erat. Fili David. Nempe illi promissus in Scripturis verus Messias, ac Salvator noster: quod latius explicabo seg. quast. Hae oratio extitit brevis, magnae fidei index, multo affectu edita, Jesu valde digna, praedicans ejus divinitatem illo verbo, Misere nro, & etiam humanitatem vocabulo Filij David, & ita verum Deum, & hominem confitentur.

Oratio communis multum efficac.

Qua sunt nota, non indigent repetitione.

QUESTIO I.

Quare caeci Christum clamant filium David?

4. QUAMVIS caeci multis praeclaris nominibus Christum possent invocare, tamen filium David dicunt. Respondet primò D. Remig. Rectè filium David vocant, quia virgo Maria de stirpe David originem duxit; ac proinde idem est dicere filium David, ac de familia Davidis; & moraliter, ut verbis Remigij adhaerent, filium Mariae, quia tunc Christus maxime alliebat ad subveniendum oppressioni hominum horum, qui nomine Mariae rogabant, quod vehementer divinam misericordiam sollicitat ad opem, & auxilium praestandum.

Remigius. Maria nomen patrocini, multum efficac ad impetrandum.

5. Chrysof.

A quo aliquid petimus ipsum honoramus.

6. Alb. Magn.

Nomine filij David ad misericordiam Christum allicere volebant.

7. Christus verus Messias, & Salvator noster.

Secundò. Ait D. Chrysofom. homil. 33. in Matth. quòd filium David vocabant, quia honoris nomen erat; nam David fuit excellentissimus omnium Regum Hebraeorum, & apud omnes Hebraeos in magna erat veneratione. Hae tamen rationes quamvis in sensu morali optimae sint; tamen esse de familia David, ac tali honore frui, multi erant in populo, caeci autem dum filium David dicunt Christum, aliquid peculiare denotare voluerunt.

Tertio. Albertus Magnus ait, quòd David filium vocant ob quatuor. Primò, quia David fuit misericors etiam in illum, qui contra eum egit inimicitias, ut in Saul, & Semei. Secundò, fuit Rex magnificus liberalitate, quia aedificij Dei paravit expensas. Tertio, fuit copariens, quia se obtulit Angelo percutienti pro populo. Quarto, quia David pius extitit in oppressis liberandis etiam cum suo periculo. Unde percussit Philisthaem, & liberavit Caylam. Dum ergo caeci Christum filium David appellat, haec ante ejus oculos objiciebant; nam misericordia Christum volebant affici circa suam miseriam, & liberalitate dona assequi, & compassione moveri, & pietate inclinare.

Quarto. Communis, & germanior, ac vera explicatio, Christum dicunt filium David, id est, Messiam verum, & desideratum, quia satis vulgare, ac manifestum erat Messiam futurum esse de semine David, Isai 11. num. 1. Jerem. 23. num. 5. Unde ipse Dominus Phariseos interrogavit; Quid vobis videtur de Christo?

Cujus filius est: Dicunt ei, David, Matth. 22. num. 42. & ideo Judaei clamabant, Hosanna filio David, Matth. 21. numero 15. Dicunt ergo filium David, id est, verum Messiam, ac Salvatorem, cui haec caecitatis, & claudorum, ac morborum omnium curatio à Prophetis promissa est. Isai 35. num. 5. & 61. num. 1. Ergo cum ad Messiam spectaret, caecos curare, & claudos, Messiam eum vocat, suo veluti munere allieendo, ut potestatem suam in eis exerceat, ac eorum oculos illumine. Vide supra cap. num. 153.

Matth. 9. n. 28. Cum autem venisset ad domum, accesserunt ad eum caeci, & dicit eis Jesus: Creditis, quia hoc possum facere vobis? Dicant ei, Utique Domine.

Ibid. num. 29. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis.

VERSIONES.

Vatablus. Cum venisset in aedes, adierunt illum. Graecus. Caeci illi. Chrysof. Creditis quia haec possum facere. Euthymius. Ingresso autem eo in domum. Vatablus. Juxta fidem vestram fiat.

EXPOSITIO.

LAMANTES caecos post se passus est Dominus, imò in via nihil eis respondet, donec ingressus est domum, non quam habebat Capharnaum, ut aliqui dixerunt, sed in domum alicujus fidelis, in qua noctu hospitavit, ut notat Euthymius. Accesserunt ad eum caeci, hoc est, adierunt eum ad domum, quam ingressus est Christus; & ipsi ingressi sunt. Caecis non aditum prohibet aliquis, nec postquam Dominus introivit ostium clausum est, ubi Princeps, & Dominus est, ostium sit subditis apertum ingredienti caeci domum, vehementiam spei, ac desiderij sui indicant. Ait illis Jesus. Creditis, quia hoc possum facere vobis; illuminare nempe oculos vestros, & non dixit Christus, creditis, quia hoc possum impetrare, sed quia hoc possum facere, virtute, ac potentia mea propria. Fidem ergo quam Christus hic exigit, est suae divinae potentiae, qua cuncta potest facere, & omnibus imperare. Respondent caeci, utique, seu Graecè, etiam, absque ulla haesitatione firmiter credimus, Domine, absoluted dicunt, quod, ut ait D. Thomas, Dei nomen est.

Tunc tetigit. Sanctissimo tactu suarum manuum eos sanat, ut notat Euthymius, & saepe dictum



8.

Euthym.

Principia ostia sit subditis patens.

Christus exigit fidem suam potentiam.

D. Thom.

9.

Dominus sine ullis ceremoniis sanat hos caecos.

Hugo.

Alb. Magn.

August.

Verbum Dei susceptum cum fide, est veluti manna.

dictum est, ut saluiferam vim suae sacratissimae carnis ostendat; & tangit hos Dominus sine ullis praevius ceremoniis; nam quosdam, scilicet mutum, & surdum; caecum à nativitate variis, & exquisitis ceremoniis, luti, sputi, digitorum emissionis, tetigit forè, quia minori fide, quam isti insigniti erant. Et idem talibus ceremoniis eorum fidem Dominus maxime excitabat, ac ad majorem profectum adducebat. Secundam fidem vestram fiat vobis. Sicut enim creditis me posse vos illuminare, ait illuminamini, ut, sicut ait Hugo de Sancto Victore, interius illuminati erant per fidem, ita & exterius essent illuminati. Ex his verbis maxime Albertus Magnus extollit vim, ac efficaciam fidei ad impetrandum, ut dixi cap. sup. quast. 11. num. 75. & Divus Augustinus serm. 91. de tempore, adducens hoc Domini assertum ait, quòd ille, qui recepit verbum Dei cum fide, fit illi sicut manna; Si ergo, inquit Sanctus Doctor, manna verbi Dei reddidit in ore tuo saporem quancumque volueris, hoc tamen si quis fideliter suscipiat.

QUESTIO II.

Quare Christus non in via, sed in domo caecos sanavit?

10. Ratio diffinitiva.

11. Chrysof.

Inanis gloria fugienda.

LAMANTIBVS caecis per totam viam, Dominus cum eis dissimulat. Cum autem venisset in domum, eos interrogat ad in raclum procedens. Cur ergo tot moras passus est, & eos cur statim non sanat? Respondet primò Chrysofomus homil. 33. Non in via tanquam in loco publico eos sanat, sed in domo, inraeque ipsos parietes tanquam in secreto; nam saepe Dominus volebat occultare opera sua. Unde rectè observant citatus Doctor, & Euthymius, quòd Christus multoties noluit miracula facere nisi rogatus, ne aliquis astutaret, cum propter captandam honoris magnificentiam ad miracula prosilire; cum autem tace rogatus faceret, ostendebat, ex illis gloriam vanam non querere.

12. Idem.

Aliquando differt Deus nos tra perita, ut fides probetur & meritum augetur.

13. Albert. Mag.

Perseverantiam in oratione. Abulcof. Diffidit Dominus bene ficiam, & facilius impetratum viselacet.

Secundò respondet D. Chrysofomus citato loco, ut ita Dominus maxime eos, eorumque gloriam probaret, ac examinaret, & ita distulit peritam sanctitatem, ut magis mererentur id quod postulabant; nam per hoc, quòd Christus non exaudivit reos, mox ut clamarent, tamè illi clamantes per totam viam secuti sunt, apparuit, quòd magna in fidem habebant; si enim parvam concepissent, eum ad primum clamorem non fuerint exaudivi, statim desisterent, ac ab itinere retrocederent.

Tertio. Albertus Magnus ad ostendendum, perseverantiam maxime necessariam esse in oratione, ac bonis operibus ad impetrandum; & si mox non conceditur nobis id, quod petimus, non statim est desistendum, sed instanter perseverandum. Quarto. Abulensis quast. 139. quòd Christus distulit, & noluit statim petita concedere, ut tantum beneficium miraculose datum non vilesceret: ea enim, quae homines facilius impetrant, parvipendunt. Dispsuit ergo Do-

minus per viam horum precibus non annuere, ut sic cum majori difficultate, ac dilatione sanitatem impetrantes, illam magis appetierentur, ac aestimarent.

Quinto. Divus Paschasius lib. 5. in Matt. ait, non curantur isti transitorie in via, sed veniunt domum, & interrogat diligens lumen recipiunt, prof. ad, quia extra domum Jesu, id est, extra Ecclesiam, nemo lumen potest accipere, quia vera lux fidei solum est intra Ecclesiam Catholicam, ac Romanam. Unde isti intra domum, seu Ecclesiam firmiter fidem suam ostendentes, lumen oculorum recipiunt.

QUESTIO III.

Quare Dominus hos caecos interroget, & cur de eorum fide quarat?

MAXIME ponderandum est, ut notavit Rupertus in p. asemi, quòd Dominus ab iis, quos sanabat, fidem quarebat, sic dixit illis caecis, creditis, quia hoc possum facere. Deinde, secundam fidem vestram fiat vobis, & ut vidimus saepe in cap. mulieri fluxu sanguinis laboranti; ait; Confide, filia, fides tua te salvam fecit, Matth. 9. num. 22. & Archisynagogo, ut eodem cap. diximus, ait: Noli timere, crede tantummodo, & salva erit, Luc. 8. num. 10. & Paralytico, ut dixi cap. 6. Matth. 9. num. 12. C. n. f. s. Palchre respondet Rupertus; ausa, sive intentio dignationis eius, non parvi pendenda haec est, curare autem competenti stultitiam antiquam nimia credulitatis, qua creditum fuit diabolo loquenti per serpentein, ac dicenti; seu enim Deus, quod in quocumque die comederis, ex eo aperientur oculi vestri, & eritis sicuti discientes bonum, & malum, Genes. 3. n. 5. Crediti mulier diabolo plusquam Deo quod taliter deberet illuminari; credimus nos è contra, veritati, si veraciter volumus illuminari. Contraria contrariis medicamentis curantur. Peccavit homo dum plus credit Diabolo, dicenti nequaquam moriemini, quam Deo mortem comminanti. Ut ergo ab his vetustis malis resurgamus, ac ab eis mondemur, divina fide negotiandum est, quia plus divinis rebus creditur, quam caecis rebus aliis.

In quaestione ergo praesenti quaerimus, quare Dominus hos caecos interroget, creditis quia ego hoc possum facere, cum eorum fidem Dominus optime agnosceret, & videret, quae jam satis fuerat offensa tantis clamoribus in via.

Respondet primò D. Remigius, Dominus caecis poterat reduere visum, & non ignorabat, si crederent, interrogatis, ut fides eorum, qua gestabatur in corde, dum consistit ore, digna fieret ampliori mercede secundum Apostolum, ore confessio fit ad salutem. Homo credendo meretur, & dum fidem ore externo profitetur, augetur meritum; Christus aperte eorum fidem videbat, tamen interrogat, ut dum externis verbis fidem protestantur, meritum crescat, & aptiores reddantur ad tantum beneficium recipiendum.

14. Paschas. Lux fidei in sola Ecclesia Catholica.

15. Rupert. Cur Christum quarebat fidem.

Matth. 9.

Luc. 8.

Rupertus.

Per viam, per quam ingressum est malum, per eandem reparandum.

16. Ratio diffinitiva.

17. Remigius.

Per fidei confessionem augetur meritum.